



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 90119339

§. 44. Dissidia ob diversos Regni Competitores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

Sæc. XVIII.

A. C. 1733.

Polonis esset, & cum eis parem
 tum vitæque societatem fovere vellet.
 Eo fine Lubomirskius exercitum
 ginti millium bellatorum contraxit,
 sub specioso conservandæ patriæ libe-
 tatis, & prævertendi tumultus obtinendæ
 Cracoviensem arcem, ubi thesaurus
 Archivum, & Regni insignia custodi-
 bantur, suo milite firmavit, dein
 Lubomirskius atque Owieziaskiensis Prae-
 cipatuum incolas in suas partes per-
 traxit. Inde non pauci tumultuantes
 Regis electionem haud temere divisa-
 bant: ingentes quoque turbas non solum
 Ecclesiæ, totiusque Europæ dispendio
 orituras pertimescebat Clemens
 Pape, qui a Coniskio Cracoviensi
 fraganeo Romam misso de Regis obitu
 nec non de turbidis Polonorum
 filiis edoctus, ante comitiorum tempus
 paternis literis Primate serio hortatus
 batur, ut operam daret, quatenus
 creando Rege Polono Catholicæ Reli-
 gionis utilitas, Reipublicæ salus,
 populi tranquillitas spectaretur.

§. XLIV.

Diffidia ob diversos Regni Competitores.

Duo præcipui erant Polonici scep-
 Competitores, Fridericus Augustus

ftus videlicet, Saxonæ Elector, uni-
 cus Regis defuncti Filius: alter Sta-
 nislaus Lescinskyus, qui Polono fan-
 guine ortus, & Regis Franciæ Socer,
 Patrem Stanislaum Poloniæ Thesau-
 rarium, Matrem vero ex illustri fami-
 lia Jablonowskia natam habuit, ac etiam
 olim Caroli XII. Suecorum Regis fa-
 vore hoc ipsum Regnum Anno 1704.
 adeptus fuit, sed paucis post annis
 opibus auxiliisque destitutus, de eo-
 dem cedere coactus est. Hunc vel
 maxime provehebat Ludovicus XV.
 Galliarum Rex, obsistebant tamen po-
 tenter Imperator Carolus, atque Rus-
 siæ Imperatrix, sceptrum ad Augustum
 Saxonem vel in primis trahere conten-
 dentes: Præter hos æmulum & Com-
 petitorem esse suspicabantur nonnulli
 Principem Lubomirskium, eo quod ge-
 nerali Confœderationi obsistens, discors
 fœdus iniisset, ac in suis literis haud
 obscure declarasset, nil sibi acceptius
 fore, quam si Poloniæ corona vel Sta-
 nislai vel suo capiti imponeretur. An
 serio, an joco hæc dicta fuerint, in
 dubio relinquitur, id tamen omnino
 certum est, quod Lubomirskius postea
 ex Senatus consilio confœderationem
 suam dissolverit, atque exauctorato suo
 exercitu sese fortiter Primatis consiliis
 opposuerit. Hic enim Stanislao satis
 P 5 aperte

Sæc. XVIII.
 A. C. 1733.

Sæc. XVIII. aperte favit, & magna, qua tum
 A. C. 1733. lebat auctoritate non paucos e Polon

Magnatibus Lescinskyo conciliantibus
 Accessit etiam omnium pene Ordinum
 consensus, qui in id, dato jurejuramento
 conspiraverant, se potius bona, vitam
 & sanguinem profusuros, quam vitam
 quam passuros, ut neglectis suæ Na-
 tionis Proceribus ad alienigenam, quæ
 lem Augustum Saxonem reputabant,
 Regnum deferretur.

§. LXV.

Exteriorum copiæ Regno admotæ

Paucis post Regis obitum diebus Fran-
 ciæ Regis Oratores Parisiis ac Vien-
 næ Cæsareis Legatis denuntiabant, quod
 pacis sœdus dissolutum censeret, si Im-
 perator Polonicæ electionis libertatem
 quovis pacto restringere tentaret: quibus
 tamen responsum, Cæsarem potius
 in id incumbere, ut juxta Majorum
 exemplar, & Austriacam Domum
 ter & Rempublicam pacta pluribus
 sæculis firmata, liberum eligendi
 & Imperii leges tueri, ac Polonicæ
 Nationi asserere posset. Nihilominus
 Franciæ Rex in Alsatia, ad Rhenum
 Mosæ, & in Belgio ingentem contrahens
 exercitum, maximum belli apparatus
 conduxit, ac palam declaravit,
 Cæsari